



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

# **Universitätsbibliothek Paderborn**

## **Agenda Ecclesiae Paderbornensis**

**Dietrich <Paderborn, Bischof>**

**Paderbornae, 1602**

De Aureo numero.

**urn:nbn:de:gbv:23-drucke/s-483a-2f-helmst3**

BREVIS EXPLICATIO EORVM,  
QVAE AD NOVI CALENDARII RA-  
TIONEM PERTINENT.

**A** Vamuis Cyclus Aurei numeri quoad congressus Solis & Lunæ, seu Nouilunia, ut vocant, & festa mobilia inquirenda, non amplius inseruiat; ut ilista-men & necessarius est ad Epactam cuiusvis anni inuestigandam. Qua inuenta & littera Dominicali cognita (de qua in Cyclo Solaris inferius) facillimè, & Nouilunia, & festum Paschæ, & reliqua festa mobilia ex Calendario, vel eorum de festorum tabulis perpetuis infra subiectis cognoscuntur. Cum igitur huius rei cognitio Parochum fugere non debeat, paucis, quoad eius fieri potest, modus & usus illius ob oculos ponetur. Et primò quidem, quid aureus numerus sit, & quā ratione inagandus; tum, quid Epacta; & quomodo ipsa in annis futuris, hoc est, ab anno currente 1602. usque ad annum Domini 1699. inclusuè elici possit. Deinde, quis Cyclus Epactarum Aureo numero ad eundem usq; annum 1699. inclusuè responsurus. Posthunc enim annum, Epacte, pro anni Solaris & Lunaris magnitudine, alio modo se habebunt, ut ex Gregoriano patet Kalendario. Demum, quid Cyclus Solaris sit, quidq; ipsa Indictio, aperiatur, & quomodo etiam hæc inuenienda; ne quid à rudioribus desiderari possit.

DE AVREO NUMERO.

**A** Vereus numerus est revolutionis numeri 19. annorum ab 1. usq; ad 19. ita, ut singulis annis singuli numeri attribuantur, quia revolutione perfecta, iterum ad unitatem redditur, hoc quo sequitur modo:

1. 2. 3. 4. 5. 6. 7. 8. 9. 10. 11. 12. 13. 14. 15. 16. 17. 18. 19.

Incipit autem à primo die Ianuarij, & finitur ultimo die eiusdem anni.

Qua ratione numerus Aureus singulis annis citra laborem inuestigari possit.

**A** nnis Domini ad unitatem, (nam Christus natus est anno

## Explicatio Kalendarij.

2. Aurei numeri 1 & numerum compositum diuide per 19. Numerus qui ex diuisione relinquitur, erit numerus Aureus anni propositi, vt si queratur Aureus numerus anni currentis 1602. addo 1. & fient 1603. quæ diuido per 19. & remanent post diuisionem 7. quæ hoc anno sexcentesimo secundo sunt numerus Aureus. Rursum si anno sequenti 1603. addideris 1. fiet numerus 1604. quo diuiso 19. relinquuntur 8. pro Aureo numero anni 1603. Similiter si annis 1633. adiiciatur 1. fiet numerus 1634. quo diuiso per 19. nihil saperest; erit igitur tunc numerus Aureus 19. atque ita de ceteris. Numerus verò, qui ex diuisione producit, (quem Arithmeticci quotientem vocant) ostendit revolutiones huius Cycli à Christi nativitate elapsas.

## DE EPACTA.

**E**pacta nihil aliud est, quam numerum vndecim dierum, quibus annus Solaris communis dierum, vt pote 365. annum communem Lunarem, dierum videlicet 354. superat. Nam in anno communi Solari Luna facit duo decim coniunctiones cum Sole, & vndecim dies supersunt decimæ tertie Lunationi, & hi vndecim dies sunt Epacta, efficiuntq; ut Nouilunia in anno sequenti vndecim diebus citius contingat quam in præcedenti. Et si secundo anno denuò addantur 11. fient 22. ac sic Nouilunia vigintiduobus diebus citius contingat anno tertio, quæ primo. Si vltterius his 22. adiiciantur 11. fient 33. ex quib; si triginta auferantur, (vt quæ integrum Lunationem constituant) remanebunt 3. Epacta quarti anni. Et sic à principio procedendo cum 11. habebitur Epacta anni propositi.

**O**bseruandum tamen quod Epactæ illi, quæ respondit aureo numero 19. semper adiiciuntur 12. loco 11. vt sequens Epacta haberi possit, quæ respondet aureo numero 1. Quod ideo fit, vt ultima Lunatio Embolismica, currente aureo

nume